



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Luctus & dolor variis signis proditus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

R.
pro-
esse-
vidis
Vir-
Flori-
xpo-
plex
um.
eres
2.
ex-
us.
tius
pe-
ini
mis
ta.
di-
cns
itu
im
e-
ud
-

Romanos, ut in funeribus essent
discalceati observarunt Baldui-
nus, & Braunius Male. Non
fuit ritus usitatus in funeribus, sed
honor peculiaris Augusto habitus.
Quod prolixius ostenditur.

I.

Ingens mæror, qui animo con-
cipitur, vel ex Reipublicæ ca-
lamitate, vel ex ejus, qui nobis
charus erat, acerbo interitu, sicut
vultu proditur & aspectu, ita ex-
terno quodam ritu ac signo osten-
dere semper in usu fuit. In pri-
vato itemque publico luctu videre
est priscos passis crinibus, coma
discerpta, intonsa barba, scissis
vestibus, cinere conspersos passim
incedere, ut dolorem, qui ipsos
coquebat, & versabat sub pecto-
re fixus, externo squalore indica-
rent. Pleni sunt de his ritibus lu-
gentium omnes libri, plena om-
nium monumenta, ex quibus mul-
ta jam dudum collegerunt viri eru-
ditissimi. Ut imprimis qui de luctu
& lugentium ritibus librum edidit
vir celeberrimus Martinus Gejerus.

N 3

II. Gal-